Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

mamone. Ideo dico vobis ne solliciti sitis anime
vestre quid manducetis neque corpori vestro quid indua
mini. Nonne anima plus est quam esca. et corpus plus quam ve
stimentum. Respicite volatilia celi quia non se
minant neque congregant in horrea. et pater vester ce
lestis pascit illa. Nonne vos magis pluris
estis illis. Quis autem vestrum cogitans potest adicere
ad staturam suam cubitum unum. Et de vestimen
to quid sollicati estis. Considerate lilia agri
quomodo crescunt. Non laborant neque nent. Dico
autem vobis. quoniam nec salomon in omni gloria sua coopertus
est sicut unum ex istis. Si autem fenum agri
quod hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic
vestit quanto magis vos minime fidei. Nolite
ergo solliciti esse dicentes. quid manducabimus aut
quid bibemus aut quo operiemur. Hec enim omnia gen
tes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus
indigetis. Querite ergo primum regnum dei et
iusticiam eius et hec omnia adicientur vobis. Off

Exspectans expectavi dominum et respexit